

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs X. Vt quid Domine recessisti longè.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

L I B E R I.

32

- Præsentis ac testem salutis
Expediam tibi latus hymnum.
¶ Defossa gentes subruit ænulas
Fraus, & latentis, retia, pars dolis,
Quæ crura tendentum, pedesque
Artificis tenuere fœuos.
¶ Atque æquus I A S emicat arbiter,
Dum fraudis auctor decipitur malæ,
Et iura laudandumque cunctis
Consilium enituere fœclis.
¶ Expectat atrox scilicet improbus
Inferna sedes exitij domus;
Gentesque neglectus reciderat
AEthera Q V I R E G I T atque terras.
¶ Namque indigentem subsidio pium
Non usque rector destituet poli,
Attenta neu fidensque semper
Irrita spes miseris peribit.
¶ I A S supernis surgito legibus;
Mortalis & ne plus vigeat sine;
Præsensque dissensorque recti
Dispositas preme iure gentes.
¶ I A S pauorem pectoribus tui
Sanctique sensum numinis iniçet;
Mortalis agnoscatque sortis
Gens hominum male sana fines.

P S A L M V S X.

Vt quid Domine recessisti longè.

P R O B I T A T I S D E F E N S I O.

Ode Dicolas Tetrastrophiſ.

- I I A S quid penitus dissusit heu procul
Cessas? quid miseris temporibus lates?
¶ Exercetur inops, dum furit impius
Fraude ut dispereat sua.
¶ Compos non domita namque libidinis
Gaudet magnificis laudibus improbus;
Venalisque fauet plausibus huic cliens,
I A M spernere nec pauet.
¶ Gestu præcipiti dum furit impius,
Nec curat superos, se neque cogitat;
Quin & sepositum consilijs D E V M,
Actis arguit & suis.

Marius

PSALMORVM

- 32 Illius dubijs perpetuò vijs
Fraudes atque mali mille latent dolis
Altè posthabitu iudicijs tuis
Hostes ventilet vt suos.
- 6 Ille & cuncta sibi secula commodis
Promittit varia sorte carentibus;
- 7 Os diris precibus peierat, & malas
Lingua dissimulat vices.
- 8 Teftus gramineis infidias locis
Occultamque necem, qua perit, impius
Obseruat; miserum & sublidij impotens
Intentis oculis perit.
- 9 Antris vtque rapax excubat abditis,
Imbellemque trahit vi pecudem leo;
Hic tendit misericis infidias ferox
Captos implicit ut plagi.
- 20 Hinc, quando innumeris callidus artibus
Occultatque animum, fletit & improbum,
Crebro præualidis viribus integros
Prosternit pauidos greges.
- 21 Sic secum: Superos aut latet, aut nihil
Nostrum sollicitat, cunctaque negligit
FORTIS, non oculos vertere ad infimas
Terras perpetuò volet.
- 22 IAS OMNIPOTENS, numina iam manes
Exsurgens statue, vt præmineant, tuæ;
Namque oppressa malis pauperies diu
Non fert immemorem Deum.
- 23 Nam quid sancta DEI numina prouidi
Infandis violat vocibus impius,
Audet dum tacitus dicere (prol nefas!)
Te curare hominem nihil.
- 24 At qui pauperiem prospicis & graues
Questus, lata pijs quos mala concitant;
Imponisque manu, quin miseri tuo &
Orbi in præsidio latent.
- 25 Iam pridem nimijs cædibus effera
Prauorum horrisono brachia fulmine
Contunde, vt repetens crimina ab improbis,
Cessasse inuenias tamen.
- 26 Nam rex perpetua in secula permanet
IAS, deficiat gens licet improba

Terræ

L I B E R I.

18

- Terre exacta procul finibus è sunt;
Sunt queis prouideat Deus;
1 Tu desiderium, votaque pauperum
IAS, cernis enim, cordaque perficis.
Aurem qui penitus supplicibus tuam:
Dicitis & precibus tenent:
2 Orbi ut iudicium suscipias graue,
Oppressumque leues vindice numine,
Ne mortalís adhuc deprimat infimo in
Terrarum orbe suum genus.

P S A L M V S X I.

In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ?

I M P R O B I T A T I S R V I N A I V S T A.

- 1 Ad præstantem, Davidis.
Ode Tricolos retrastrophos.

- IAE benigna tutò animam meam
In spe latenter turba quid improba
Terretis; in monteis volucris
Proripitor trepidante penna.
2 Tentis nocentes arcubus impij
Neruo sagittas addere tortiles
Numquam remittunt, vt latentis
Fraude viros feriant modestos.
3 Quod si malignis artibus edita
Fundo ruerunt mcenia ab intimo,
Cur iustus vltores timebit?
Quam sceleris subiectve culpam?
4 IAS, sacrata ac regia cui domus,
Sedes & alto constat in æthere,
Inde ille terrarum colonos
Luminibus videt irretortis.
5 IAS piorum perspicit & fouet
Menteim, & probandos consilij modos.
Oditque molitos tyrannos
Omne nefas, scelerumque monstris.
6 Permixta & ignis sulphura funibus
Et fulminanti spiritus impietis:
Hæc vltionis pars scelestos
Vase suo manet ebibenda.
7 Nam iustus IAS iustaque præmijs
Conferre certis nomina diligit;
Examen ac vultu probandum
Nosse valet semel intruendi.

C

P S A X I.